

DISSERTATIO IRENICA

DE EO,
QUOD JUSTUM ET ÆQUUM EST
CIRCA

IMPUTATIONEM
CONSEQUENTIARUM
THEOLOGICARUM

SIVE
DE ÆSTIMIO ERRORUM THEOLOGICORUM
EX CONSEQUENTIIS LEGITIMIS INDE PROFLUENTIBUS
PRUDENTIAQUE THEOLOGICA

HIC ADHIBENDA,

QUAM

SPIRITU VERITATIS ET PACIS
GRATIOSE ADFLANTE,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*MAGNIFICI ATQUE REVERENDISSIMI,
DOMINI*

CHRISTOPH. MATTHÆI
PFAFFII,

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARIUM,
ACADEMIÆ TUBING. CANCELLARIUM
ET ECCLESIAE PRÆPOSITUM,

ATQUE HOC IPSO TEMPORE

RECTORIS

Ad diem August. MDCCXX.

In Aula Theologorum nova

defendet

JO. SEBASTIANUS PFISTER, Stutgard.

Philos. Magister & sacrarum literarum in Seminario Theol. Cultor.

TUBINGÆ,

TYPIS VIDUÆ GEORGII HENRICI REISII.



INTRODUCTIO.

Li his ipsis diebus dissertationem tractantem de
suffragio nominatis de praedestinationis & repro-
bationis decretis absoluto in praxi fidei &
piae quare & quomodo? iudici publica
exponimus existimavimusque, seductas illas pe-
riculosas, quae ex eodem decreto necessario
profluunt, Reformationis hanc impetandas esse, et
se ab eodem amico, qui, argumentum hoc ut
illustratum, ad aculeas Tharinacenes a no-
bis nuper expetierat, inveniunt, ut de Christianis
& praevalent, hoc est, veteris theologiae doctrinarum et
venerum ex consequenti estimatione libellum a
cadenicum ad maiorem rei dilucidationem
iam componamus. Quae ipsa scribendi ma-
teria cum & praeterea utililique & ad rem
hanc dijudicandam necessaria & rata sit, da-
ta quippe opera vix a quodam excussa, ele-
gans utrum & digna, cui calamus hunc no-
strum tantisper consecremus, cum & iudicio
monitumque amici huius nostri. Vni doctissi-
mi

INTRO
Li his ipsis
influen dogm
bationis decr
purais qua
tibus existima
que ex
Reforma
eodem amico
remus, ad
expetierat
hoc est,
ex consequ
ad ma
componamus.
cum & pra
iudicandam
ope opera vix
dem & digna
tantisper con
que amici h



INTRODUCTIO.

Ui his ipsis diebus *dissertationem irenicam de influxu dogmatis de prædestinationis & reprobationis decreto absoluto in praxin fidei & pietatis quanto & quali?* luci publicæ exposuimus existimavimusque, sequelas istas periculosas, quæ ex eodem decreto necessariò profuunt, Reformatis haud imputandas esse, ecce ab eodem amico, qui, argumentum hoc ut illustraremus, ad acidulas Thainacenses à nobis nuper expetierat, monemur, ut *de Christianâ & prudenti, hoc est, verè theologicâ doctrinarum errorum ex consequentiis estimatione libellum academicum ad majorem rei dilucidationem jam componamus.* Quæ ipsa scribendi materia cùm & præstans utilisque & ad rem heic dijudicandam necessaria & rara sit, datâ quippe operâ vix à quoquam excussa, elegans itidem & digna, cui calamum hunc nostrum tantisper consecremus, cùm & iudicio monitisque amici hujus nostri, Viri doctissimi

A 2 mi

mi & perspicacissimi magnum omnino pretium, uti par est, ponamus, sine morâ manum instituto huic affundimus atque in rem præsentem descendimus. Faxit DEUS, veritatis & pacis Autor idem, ut beneficio luminis sui prudentiæque illius, quæ desursum venit, adjuti rem acu tangamus!

Quæritur.

NUM CONSEQUENTIÆ EX ERRORIBUS NECESSARIO MANANTES ERRANTIBUS RECTE IMPUTENTUR ATQUE NUM EX PERICULO, QUOD SECUM FERUNT, DE MOMENTO ET PONDERE ERRORUM JUDICANDUM SIT?

EVOLUTIO.

Qui, quæcunque hanc in rem Theologi scripsere, sollicitè inquisiverit, is diversas in vias ipsos secedere animadvertet. Sunt enim, qui consequentias plurimum urgendas esse existiment, sunt, qui secus. Et verò vel maxime argumentum hoc tactum fuit, ubi contra Reformatos pugna fuit inita. Agedum, allegemus primùm illos, qui rigidiora heic principia tenuere.

Et verò eminent heic inter rigidiores Theologi Tubingenses, qui tum maxime, ubi cum Palatinis rem habuere, consequentias gnaviter urserunt, nec ullâ Palatinorum protestatione ab hoc instituto se deduci passi fuere. Non opus est, ut verba ipsorum, quæ brevitatis ergò heic omittimus, referamus, cum ad manus sit, qui magnâ industriâ multâque curâ quæstionem hanc evolverit, **TOBIAS WAGNERUS**,

Academiæ

Academiae hujus nostrae olim Cancellarius. Is enim in inquisitione Theologica in acta henotica totam sectionem secundam huic argumento enodando consecravit hancque in sententiam ivit, consequentias non solum *praeprae*, id est, quae ab errantibus agnoscantur, sed & *logicas*, id est, quae, licet ab errantibus haud agnoscantur, tamen necessario & evidenter ex errore ipsorum fluant, ipsis imputandas esse.

WAGNERO ad latus ponamus *ὁμολογητικόν* JOH. ADAMUM OSIANDRUM, ipsius in dignitate Cancellariatus successorem, acutissimi judicii Virum, qui in Theologia casuali eadem chorda oberrat. Vide, si placet, & inspice P. 5. C. 3. p. 596.

sqq. ubi quaeritur: *Num recte, conscienter & jure adversariis imputentur ea, quae per consequentiam legitimam è scriptis ipsorum deducuntur?* & responderetur: *quid sic.*

Eandem sententiam ex Argentoratensibus Theologis mordicus defendit JO. CONRADUS DANNHAWERUS, Vir praestantissimus. Confer ipsius *ἐπιχειρησολογία* sect. 2. art. 2 §.

21. p. 497. sqq. hodomoriam Spiritus Calviniani in prooemio §. 9. p. 31. sqq. & phantasmate 4. art. 5. p. 966. sqq. *μυσηγοσολογία* sect. 1. art. 1. §. 3. p. 16. 17. Reformirt es salve und

Frieden-grufs p. 233. 237. sqq. illicem & obicem p. 173. sqq. 215. sqq. 332. seqq. & dissert. de probatione spirituum art. 5. p. 80. sqq. quae loca qui evolverit, conspiciet, DANNHAWERUM eadem subinde in scriptis suis verba repetere. Succedat

jam JO. HULSEMANNUS *ὁ πᾶν*, qui in Calvinismo irreconciliabili, quamvis ajat, consequentias, *eisi ad ipsam dogmatum controversorum conciliabilitatem intrinsecam & abstractivam nihil faciant, tamen ad evidentiam controversiarum demonstrandam facere, nihilominus existimat, consequentias legitimas errantibus, licet eas non agnoscant, jure imputari.* Qu. 4. §. 7. p.

189. sqq. HULSEMANNO addere convenit NIC. HUNNIUM, qui in *διασκέψει* theologicâ de fundamentali dissensu doctrinae Evangelicae-Lutheranae & Calvinianae seu Reformatae Qu. 3. C. 1. art. 2. §. 476. sqq. p. 292. sqq. eandem tibiam plenis buccis inflat, atque ita vel tandem argumentatur:

Quicquid 1. omnium sanae mentis hominum unanimi calculo ap-

probatum, 2. à Christo & Apostolis fuit usurpatum 3. ab omnium temporum orthodoxâ Ecclesiâ frequentatum, 4. à Reformatis quotidiano usu receptum, id nec nobis est prohibitum. Ergo qui investigatio errorum circa doctrinam fidei per legitimas consequentias &c. Ergo ea neque nobis est prohibita. Jam & sententiam suam dicat JO. ADAMUS SCHERZERUS, qui in Programm. 30. de lachrymis Christi p. 397. ita habet: *Quamvis absoluti decreti monstro nuncium non mittunt, non invitâ Logicâ, que consequentias non facit sed tamen animadvertit juxta Augustinum L. 2. de doctr. Christ. C. 32. ipsis impietates inde manantes, Christi hypocrisin, lachrymas Crocodilinas &c. merito tribuimus. Idem in exercitat. ad Salvatoris oraculum Matth. XI. 21. Luc. X. 13. Ve tibi Chorazin &c. s. 58. p. 58. 59. ita infit: De consequentiarum usu dum hæc scribo, simul ad delicatulos Syncretistas & Calvinistas respicio. Nolunt nimirum illi Logica judicium subire & consequentias deprecantur, quæ ex dogmatibus ipsorum sponte suâ fluunt. Addit idem: Si prius consequentia non valeat, quam fateatur adversarius, se illam admittere, jam Keddianæ petitiones principii valebunt. Sed responsum à nostris: syllogismum habere δύναμιν ἀναγκαστικὴν suam καὶ ἔσω semper, licet non semper καὶ ἔξω. Denique in Collegio Anti-Calviniano hæc thesis II. præcæmialis Reformatorum p. 8. sqq. refutatur: *Dogmata absurda per consequentiam è thesibus Reformatorum deducta iisdem non rectè imputantur.* Agmen claudat beatus Pater noster in corollario de imputatione consequentiarum, quod adjectum conspicitur dissertationi de imputatione divinâ, ubi vel maxime quoque urgetur dictum JO. COCCEJI ad Malach. III. 17. *Confectaria dogmatum pro dogmatibus habentur, aliudque Augustini de doctrinâ Christianâ L. 2. C. 33. Ideo infertur verâ connectione, quod falsum est, ut eum, cujus errorem corrigere volumus, pœniteat concessisse præcedentia, quorum consequentia videt esse respuenda, diciturque vel tandem, consequentias Doctoribus sinceris & minus suspectis, qui ante motas controversias securius locuti fuerint, condonandas, obstinatis verò hære-**

hæreticis , qui flocci pensis omnibus veritatis cœlestis demonstrationibus , mordicus tamen errores suos defendant , constanter imputandas esse , ut pudeant. Unicus est , quem addimus , SAMUEL PUFENDORFIUS , qui in Jure feciali divino sive in exerc. de consensu & dissensu Protestantium §. 91. p. 376. 377. hæc habet , PETRI JURÆI consultationi de pace inter Protestantes ineundâ p. 165. opposita. Ut porro particularismi sui tolerantiam eò facilius persuadeat Juræus , negat eidem invidiam faciendam per pravas consequentias , quas nostrates inde solent deducere , ipsi contra eas nec admittant , nec videant. Ast nos contra dicimus , uti ex veris præmissis falsa conclusio consequi non potest , si quidem forma recte se habeat : ita , si salvâ formâ e præmissis pravi quid promanet , saltem aliquam præmissarum vitio laborare necessum est. Nec ideò id vitium tollitur , quia præmissarum autores consequentiam sese videre negant , multo minus , si per animi pervicaciam eam admittere nolint. Nam , qui propositionem aliquam adstruit , non solum pro hac tenetur , sed & pro omnibus , quæ per necessariam connexionem ex istâ deducuntur. Eoque si à nostratibus per legitimam consecutionem citra cavillationem & calumniam e doctrinâ particularismi pravi quid deducatur , huic sententia addit pro eo quoque respondere tenentur , si maximè dicant , se consequentiam non admittere , cum id perinde sit , atque concessis præmissis conclusionem negare , nisi idonea reddatur ratio , quare posterius e prioribus non recte inferatur. Haftenus PUFENDORFIUS.

Qui mitiora fovent principia existimantque , consequentias ex erroribus propullulantes errantibus hand esse imputandas , permulti sunt sed maximam partem Reformati. At verò jam nemo a nobis poposcent , ut verba ipsorum in rem præsentem adducamus. Esiet enim hoc , inanem operam agere. Non possumus tamen , quin hic appingamus verba celeberrimi apud Genevenses Theologi JO. ALPHONSI TURRETTINI in oratione de componendis Protestantium dissidiis exstantia , quæ p. 26. sqq. ita habent : Scio equidem , **AUDITORES** ; (nec enim illud dissimulandum est , si quidem
has

hac est una ex precipuis ejus, quam optamus, pacis remoris,) scio, inquam, illa non raro Ecclesiis nostris affingi, qua quidem si teneremus, indignissimi mortalium essemus, quibuscum ulla iniretur concordia. Odiosa nempe consecraria ex principiis nostris eliciunt. Dicunt, nos DEUM peccati autorem facere, peccatores excusare, Evangelium respectu maxima hominum partis in scenam mutare, sacramenta in figuras inanes convertere, Manichaeismum, Stoicismum, Nestorianismum recoquere aliaque id genus, qua si vera essent, causam non dico, cur non justissime in omnium odia incurreremus, utpote qui religionem totam & solidissima ejus fulcra everteremus. Verum salva res est, AUDITORES. Pura est, qua DEI est bonitas, ab impactis hisce criminibus Reformatorum doctrina. Reclamant Doctores ipsorum, libri, schola, pulpita, subsellia, imò & ipsa illorum praxis, quanquam ab eà, qua esse debuit, longissime adhuc distat, eos tamen de DEI virtutibus & sanctitatis studio non male sentire docet. Enimvero, AUDITORES, (ut, quanta sit iniquitas in adscribendis etiam legitimis sed ab adversario negatis consequentiis, evidenter demonstratur,) fateor equidem, tantam intercedere inter veritates omnes connexionem, ut saepe levissimus error, si accurate inspiciatur, cum gravissimis ac evidentissimis principiis constare nequeat: sed, an ideo, qui vel in levissimum errorem impegerit, statim prima scientiarum principia, statim veritates momentosissimas negare existimabitur? In Arithmeticis ac Geometricis vel minimus in calculis error cum principiis per se notis consistere nequit. An ideo, qui vel oscitantia vel falsa quadam delusus specie male calculos quosdam subduxerit, statim dicetur prima principia (velut totum esse majus sua parte, si aequalibus aequalia demantur, reliqua aequalia fore,) ignorare vel inficiari? In sacris pariter, quis nescit innumera, sive per inscitiam sive per incoitantiam sive ex praconceptis animi opinionibus Viris piis excidere posse, qua, posita DEI existentia & virtutibus, stare nequeunt? Numquid statim Viri illi pii Atheismi insimulabuntur? Animas corporeas, teneras & lucidas, aërii coloris, formæ per omnia humanae, veterum multi somnabant inter-

que

que alios Tertullianus, quo quidem animi immortalitas non parum convellebatur. An illi propterea animorum immortalitatem & vitam futuram negare dicendi erant? Humanam Christi naturam verè passam negabat Hilarius, quo posito redemptionis veritas & patientia Christi exemplum penitus evanescebant. An ideo pius ille Praesul Christum Servatorem abnegare censendus fuit? Possunt, fateor, consecraria illa cum in finem rectè proponi, ut error, unde fluunt, revincatur, & illi, qui ita errant, ad sanioiorem mentem revocentur. At illa ipsa iis adscribi, qui ea rejiciunt ac abominantur, quasi illorum principia essent, utque ipsi exosi praestentur, id verò est, AUDITORES, quod per aequitatis leges non licet. Etenim, si illationibus ex nostrâ ductis sententiâ, à nobis vero repudiatis, nobis invidiam conflare liceat, quidni & nos eodem jure, iisdem armis in fratres utamur? Nestorianismi nos insimulant. Et nos Eutyrianismi vice versâ eos postulabimus. Manichaeismum nostris impingunt. Nostri contra Pelagianismum vel Semipelagianismum ipsis adscribent. Qua quidem agendi ratio si iniqua ipsis videatur cum in ipsos admittitur, videant, an equum sit & charitati consentaneum, eam ipsam in nos adhibere. Omittamus ergo ista communia, (ut hic Augustini dictum usurpemus,) quæ dici ex utrâque parte possunt, licet verè dici ex utrâque parte non possint. Quid, quid, posita DEI praescientiâ, qualem Augustani Fratres confitentur, eadem propemodum difficultates, eadem ferè incommoda redeunt, siquidem, vel hoc ipso, res humana ineluctabili necessitatis lege constringuntur. Quocirca non nos mutuis ejusmodi, qua utrisque ferè communes sunt, criminationibus infamare sed hac arcana placide modestèque expendere, rationes omnes utro cirroque equè lanceo ponderare, quaque hypotheses DEI virtutibus & scripturae oraculis convenientissima visa fuerint, salvo aliorum judicio, salvâ pace eligere licet. Haecenus praestantissimus TURRETTINUS, cui reliqui ferè omnes heic assentiuntur, qui tamen, maxime antiquiores itidem consequentias nostris quoque sententiis adspargunt, quas non agnoscimus, existimantque, distinguendum hic cum curâ esse inter consequentias ex verbo

divino haustas & ex verbo humano erutas. Illas ajunt, cum verbo divino unum idemque esse, quoniam verbum divinum fit infallibile, cum his autem rem secus se habere, quia errare homines possint sibi que subinde haud satis constant. Ast non opus est, uti jam diximus, Reformatorum hanc in rem placita enarrare. Evolvamus, si placet, nostros, quicumque mitiora heic principia adoptant. Et verò mirum cuidam videatur, nos in arenam hinc reducere JO. HULSEMANNUM, rigidæ alioquin orthodoxiæ Virum. Hic verò ita rem effert: *Die eigentliche Meinung des Menschen ist ein innerlicher Beyfall des Herzens und Einbildung seines Gemüths, wie sich dieses oder jenes verhalte.* Gesezet nun, daß dieser *Schluß: Hurerey, Todschlag, Ehebruch sezen den Thäter nicht auß dem Gnaden-Stande bey Gott, hierauß vernunftig und nothwendig folgete, wenn jemand sagt: Einem sündigen Menschen ist Vergebung der Sünden zu erlangen nicht nöthig, daß er einen guten Vorsaz habe, so ist und bleibet dennoch ungewiß, ob besagter jener Schluß in D. Hülsemanns Gedancken und Gemüth also folge und daß seine D. Hülsemanns Meynung seye, was auß seinen Reden, Säzen und Schrifften in D. Calixti Gehirn oder auch in anderer Leuthe Gedancken folget? Calixtus aber vermisset sich zu beweisen, daß eben dasjenige auch D. Hülsemanni innerliche Gemüths-Meynung seye, was seinen, Calixti Gedanken nach, aus Hülsemanni Reden folget. UND DAS IST EIN ALBERES FURNEHMEN.* Wenn Calixtus geschrieben hätte, daß D. Hülsemanni Rede diesen Schluß nothwendig mitbringe oder in des Lesers und anderer Leuthe Gedancken diese Meinung natürlicher und ordentlicher Weise gebire: Ob sezen die Wercke des Fleisches den Thäter nicht auß der Gnade bey Gott, das ließe sich entschuldigen mit dem Unterscheid vera und apparentis consequentiæ, oder durch den Unterscheid, was für sich selbst aus dem natürlichen Verstande der Worte folget und was nach des Folgerers oder des Widersachers Meinung folget. Weil aber Calixtus von der intentionali consequentiâ Hülsemanni schreibet und will beweisen, was D. Hülsemann in

scilicet quod certum est hoc verbum non potest esse nisi in mente dei. Nec omnino re-

*... für wahr ...
... herliche ...
... der Gnade ...
... Frevel ...
... HULSEMA ...
... in examine ...
... Syncretismi ...
... sect ...
... für ...
... Refor ...
... nihil solid ...
... hanc quæstio ...
... Et primo qui ...
... TATE NANTI ...
... cons ...
... impinger ...
... Hinc i ...
... imping ...
... qua dire ...
... emergant ...
... & verit ...
... tamen possunt ...
... secundum ...
... confec ...
... se min ...
... cum ...
... censemus ...
... ex ...
... robur sum ...
... se habent ...
... non mo ...
... posse crea ...
... laborum sen ...
... certoque res ...
... Nec omnino re*

seinem Gemüth für wahr und folgig halte, und warumb Churfürstliche Durchläucht zu Sachsen glauben solle, das dieses D. Hülsemanns herzliche Meinung seye: Kein Laster seze den Thäter aufs der Gnade Gottes, so begeheth er eine dreyfache Bosheit und Frevel wider sein eigen Gewissen, & quæ sequuntur. Videatur der Calixtinische Gevvissens Wurm C. 5. p. 360. 361. HULSEMANNO adjungimus ABR. CALOVIUM, qui in examine doctrinæ publicæ Ecclesiarum Reformatarum & syncretismi cum orthodoxis, in articulo de personâ Christi Θεανθρώπου sect. 1. prælim. qu. 5. p. 72. sqq. ita querit: *an falsa sint ἐγκλήματα, quæ per legitimam consequentiam è scriptis Reformatorum deducta iis imputantur?* Certè nihil accuratius, nihil solidius dici poterat, quàm id, quod ad decidendam hanc quæstionem confert ἀκριβέστατος CALOVIUS. Et primò quidem approbat hic ille egregium hoc JO. DAVENANTII, Episcopi Salisburiensis effatum: *Urgere licet hujusmodi consequentias ad errorem fratribus eripiendum, at odiose impingere, quasi essent propria illorum dogmata, non licet.* Hinc idem CALOVIUS ὁ πάλιν. *Non id volumus, odiose impingenda esse, seu PROPRIA & PROFESSA dogmata, quæ directè ac disertè negantur, si tantum per consequentias emergant e sententiis ipsorum, easque tales, quarum evidentiam & veritatem ipsi non videant aut agnoscant. Interim urgeri tamen possunt consequentia ad monstrandam falsitatem, quin etiam secundum quid ac certo respectu ea tribui possunt iisdem, utpote consecraria dogmatum, à quibus salvis suis hypothesebus sese minime vendicare possint.* Non ergò *falsa sunt ἐγκλήματα, cum ea ipsis hoc pacto tribuuntur. Distinguendum insuper censemus inter consequentias, quæ κατὰ ἀνθρώπων sunt & ex ipsismet adversarii hypothesebus firmitudinem ac robur suum habent, & quæ κατὰ ἀλήθειαν rectè quidem sese habent ac necessaria sunt sed quarum vim adversarii non modò non admittant sed rationibus etiam sese repellere posse credant.* Illas libentius adhibemus, cum de adversariorum sententiâ queritur, has verò ita, ut secundum quid certoque respectu dogmatum consecraria ipsis impingamus. Nec omninò reprobamus Davenantii monitum, qui

cum Bucero, nostrum est, *inquit*, non, quid per se ex quovis sequatur dogmate, sed quid in illorum sequatur conscientia, spectare, qui tenent illud dogma, quod nos articulo fundamentalis oppositum arbitramur. Quod autem nihilo secius dogmata talia, quae per se sequuntur ex erroribus adversariorum, iisdem citra injuriam tribuantur, non ut professa & propria dogmata ac proæreticæ sententiæ, sed ut ea, quæ emergunt ex ipsorum sententiis, id ex ipsis terminis per se liquet. Hucusque illustris Theologus, ABR. CALOVIUS. CALOVIUM ponè sequatur JO. FABRICIUS, qui in præfatione considerationis variarum controversiarum ait, eum, qui controversias theologicas velit tractare, discrimen facere debere inter ea, quæ quis expressè docet, & quæ ei per consequentiam ab ipsomet tamen non agnitam sed rejectam & improbatam tribuuntur atque imputantur. Jam & calculum suum adjiciat PHIL. JAC. SPENERUS, Theologus laudatissimus, qui ita mentem suam effatur: Nil penè aliud adeò odi, quam istas hereseon imputationes & consequentias, seculi nostri fere malum, quod cum à magis imò maximè necessariis animos abstraxit eosque affectibus carnalibus implevit, Ecclesiam nostram PESSUNDEDIT vel adhuc PESSUND ABIT, nisi maturè obviam eatur, cujus ego penè rationes & modum non video. Qui enim litigia illa averfatur nec zelum laudat, tanquam ex illa op̄dodoziâ imaginariâ puritate penderet salus, jam insani Syncretistæ nomine notatur aliorumque odiis exponitur, unde, qui hoc subire periculum nolunt, manum retrahunt & malis tantum ingemiscunt. Ego, regnum DEI non in sermone vel *Ἐπίστασι* ἀκριβείᾳ sed in veritate collocatum persuasissimus, nemini unquam de illis controversiam movebo, ut mihi nullus moveat, quantum in me est, vicissim cavens. Hæc SPENERUS, cordato planè & aureo calamo, eò tempore scripsit, cum nemo adhuc ejus orthodoxiam vellicaret aut in dubium vocaret. die 26. Jul. A. 1679. Vide consilia ipsius Theol. latina P. 3. p. 317. Idem eandem sententiam suam effert quoque in den letzten Theologischen Bedencken, quæ edidit L. B. CAROLUS HILDEBRANDUS DE CANSTEIN P. 2. C. 3.

Art.

Art. 3. sect. 4. p. 108. ubi hæc habentur : Wir haben uns
 bisdaher mehrmahl beschwehret, wo man uns allerley Irrthum
 und Kezereyen, denen wir öffentlich widersprechen, beschul-
 diget, und solche durch allerhand Folgen erzwingen wollen.
 Nun wird es heißen, wir thäten dasselbe selbst und dichte-
 ten durch Folgereyen unsern widrigen dergleichen Kezereyen
 und Irrthume an, die sie doch von sich ableineten und das Ge-
 gentheil bezeugten: seye also wider Liebe und Wahrheit, ei-
 nem eine Lehre zu attribuiren, dero er widerspricht, um ihm
 nur wehe zu thun und ihn andern durch die Nahmen verruffe-
 ner Irrthume verhasst zu machen. Wie ich auch nicht in ab-
 rede bin, DASS ICH VON HERZEN DERGLEICHEN
 IMPUTATIONES ABHORRIRE und deswegen WEDER
 PÆBSTISCHEN NOCH REFORMIRTEN noch andern ei-
 nigen solche Lehrsätze zuschreibe, darzu sie sich nicht formlich
 verstehen, also nimmermehr durch Folgen sie derselben beschul-
 dige, sondern auffs höchste die Folgen ihrer Lehre gegen sie al-
 so gebrauche, sie ad absurdum zu deduciren, nemlich, daß
 ihre bekannte Lehrsätze müßten unrichtig seyn, vveil derglei-
 chen ungereimte Dinge, die sie selbst nicht annehmen vvolten,
 darauß folgten. Et p. 109. hæc idem ponit : Nach meiner
 Meinung solten auch den vvidrigen die Irrthume nicht directè
 zugerechnet vverden, vveil sie, vwie oben gemeldet, densel-
 ben selbs vvidersprechen, sondern es könnte die Beschuldigung
 dahin gehen, daß man ihnen dieselbe nicht eigentlich zuschrei-
 be sondern sie dahin vweise, selbst zu erwegen, ob nicht die-
 selbe auß einigen ihren bekannten hypotheseibus allerdings folgen.
 Daher vveil sie sich selbst zu diesen gefolgerten ungereimten Din-
 gen nicht verstehen vwürden vvolten, sie sich dann auch eines
 andern besinnen, dasjenige, vvorauß sie folgen, fahren lassen
 und ihr gesamntes thun ändern soltten, vvolten sie anders sol-
 che Folgen hinkünfftig mit gutem Grunde von sich abvwenden.
 Diese art vwie sie gelinder gehet, so ist sie auch der Wahrheit
 so vwohl als der Liebe gemässer. Denique & SPENERUS
 l. c. P. 3. p. 745. hæc habet : Ich bekenne, daß mich an
 vveisere consequentias auß den libris Symbolicis nicht sondern
 allein

allein an das, vvas sie expressè lehren, binde. Iene Ehre aber gehöret allein der Schrifft. Quæ omnia Anno 1695. 1696. à Viro celeberrimo scripta fuere. SPENERUM insequi jubemus Theologum judiciosissimum JO. FRANC. BUDDEUM, qui, cum in prolusione academicâ de Theologiæ polemiciæ studio C. 5. p. 29. iniquum consequentiarum abusum rejecisset, C. 7. p. 33. 34. ista ponit: Si quis errores admisisse tibi videatur, qui in ejus systemate vix locum inveniant nec conciliari cum reliquis ejus aut principiis aut hypothesebus queant, caute omnino incedendum. Namque magna tum suspicio oritur, aut per meram obreclationem, quod hodiè longè est frequentissimum, errorem istum illi tribui, aut, si jure tribuatur, non satis eum, cum talia assereret, pensi habuisse, quid decerneret, quo ipso mitiorem promereri videtur censuram. Quod si aperte & pertinaciter error cum systemate non cohærens defendatur, tum demùm fatendum fuerit, non sibi constare semper homines sed maximam hoc ipso prode re mentis imbecillitatem, dum asserunt pugnantia secum & que consistere nullo modo possunt. Hactenus celeberrimus BUDDEUS. Denique etiam in censum hîc venire debet Theologus irenicus præstantissimus idemque nobis amicissimus D. EBERH. FRID. HIEMERUS, quem mitrà doctorali nuper ornavimus & honoris causâ hîc nominamus. Hic enim in diss. inaugurali de moderatione Theologicâ §. 18. cum monuisset, in ipso religionis negotio inter partes Protestantium dissentientes ex unâ eque ac alterâ parte multas querelas de consequentiis falso imputatis observari, approbat in notâ JO. HENR. HEIDEGGERI verba, qui ita rectè: In imputandis consequentiis judicio, conscientia, equitate & charitate opus est. Judicio, ne quid temerè & negligentè pro consequente venditetur, quod tale non est. Conscientia, ne cui sive homini sive Ecclesiæ ejusmodi per consequentiam dogma asfingatur, à quo plane alienus est. Equitate, ne faciamus aliis, quod nobis fieri nollemus. Denique charitate, ne infirmitates proximi justo severiori censurâ damnemus, vel, quod imbecillitatis est, malitiæ & pertinaciæ transcribamus. Vide Acta doctoralia Hiemeriana nuper cusa p. 26. sqq. Quæis omni-

omnibus nescio num adfundi mereatur id, quod in diss. de vitiiis eorum, qui sacris operantur & medelâ rebus hic adhibendâ sect. 1. §. 7. diximus, ubi n. 4. hoc in Theologiâ polemîcâ grassans vitium reprehendimus, dissentientibus consequentias, quas non admittant, duriores vulgo obtrudi, quæ & addi possunt ea, quæ in scriptis nostris irenicis de ratione disputandi cum Reformatis posuimus. Quod restat, ea, quæ à recentioribus Irenicis scriptoribus hanc in rem ultrocitroque dicta sunt, referre non opus est. Tadium quippe prolixitas creat. Id unum adhuc observamus, modum illum dissentientes per invidiosas consequentias ex ipsorum erroribus petitas agrediendi pertinere ad *argumenta theologica ab invidia ducta*, uti probè observavit præstantissimus CLERICUS in dissert. philosophicâ de argumento theologico ab invidia ducto, quæ ad calcem Logicæ ab eodem conscriptæ exstat. Digna sunt ejus verba, quæ adponamus, numeris 12. & 13. posita: *Nonò, ut accendatur invidia, non modo invidiosissime exponuntur dissentientium dogmata sed & consecraria invidiosa ex iis deducuntur seu falsa ea sint seu vera sed nequaquam pro legitimis consecrariis ab iis, qui oppugnantur, agnoscenda. Sic, cum Vigilantius negasset, adorandas esse reliquias Martyrum, consecrariorum falsissimum sed apud imperitos verissimum invidiâ ambustus obticuit. Ergo, inquit adversarius Hieronymus consecraria illa proponens, Petri & Pauli immundæ sunt reliquæ? Ergò Moyse corpuseulum immundum erit, quod juxta Hebraicam veritatem ab ipso sepultum est Domino? Et quotiescumque Apostolorum & Prophetarum & omnium Martyrum Basilicas ingredimur, toties Idolorum templa veneramur? Accensique ante tumulos eorum cerei idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid dicam, quod redundet in auctoris caput & insanum cerebrum vel sanet aliquando illud vel deleat, ne tantis sacrilegiis simplicium animæ subvertantur. Ergo & Domini Corpus in sepulchro positum immundum fuit? &c. Nemo non videt, hæc aliena fuisse à mente Vigilantii. Sed nihil potuisset dici apertius ad plebem commovendam. Pergit Vir doctissimus n. 13. Decimò præter hæc omnia augetur in-*
vidia

vidia suspicionibus, quæ pro irâ & malignitate disceptantium modum accipiunt aut potius nullum habent, cum nullum suspicandi finem faciant homines irati aut maligni. Vigilantium suspicabatur Hieronymus, aut se suspicari fingeat non credere immortalitatem animi nec proinde mortem religionis causâ adendum. Suspiscaris, de Samuele Prophetâ loquens, mortuum, inquit, & idcirco blasphemus. Inferius verò: miror, quod non dicas, nequaquam perpetranda martyria, Deum enim, qui sanguinem hircorum taurorumque non quærat, multo magis hominum non requirere. Quod cum dixeris, imò, **ETSI NON DIXERIS, ITA HABEBERIS, QUASI DIXERIS.** Qui enim reliquias Martyrum adseris calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui nullo honore dignus est. Eum etiam Hieronymus *variarum heresum suspectum facere nititur, cum ex iis, quæ dicebat, de ejus sententiâ esset judicandum, non ea ei affingenda, quæ nequaquam aperuerat.* Haftenus judiciosissimus CLERICUS. Jam, si placet, ad decisionem quæstionis nostræ viam paremus atque argumenta, in utramque partem quæ afferri solent, proferamus.

TRACTATIO.

Et verò pro imputatione legitimarum consequentiarum quæ à dissentientibus tamen haud agnoscuntur militare videtur I. sensus communis & sana ratio, quæ consequentias legitimas utique agnoscendas esse dicitur. Jam enim, hoc nisi esset, jus ratiocinandi & unum ex altero colligendi tollendum esset vel saltem parum utilitatis secum ferret II. Praxis Christi, qui consequentias imputavit Matth. XV. 3. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Joh. X. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. & imputare præcipit Matth. VII. 16. 20. ubi per *καρπὸς* consequentias ex erroribus profluentes intelligi putant Theologi. III. Praxis Apostolorum, Petri Act. VIII. 20. XV. 10. & Pauli I. Cor. XV. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Gal. II. 21. III. 1. V. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Phil. III. 18. 19. Tit. I. 16. 1. Joh. II. 4. qui itidem velle dicitur, consequentia ut imputentur. Tit. I. 13. IV. Praxis Ecclesiæ primitivæ Patrum.

trumque contra hæreticos, queis passim consequentias imputârunt. V. Praxis Theologorum Reformatorum, qui & Evangelicis, Augustanæ Confessioni addictis, & Remonstrantibus consequentias invidiosas obrudunt. VI. Summa hujus imputationis utilitas, ut errantes ad absurdum falsitatemque errorum agnoscendam deducantur & pudefiant, sique, qui orthodoxam fovent sententiam, in orthodoxiâ confirmetur veritasque divina sarta tecta conserveatur.

Contra imputationem verò legitimarum consequentiarum à dissentientibus haud agnitarum hæc urgeri solent. I. Summa hujus rei & prorsus palpabilis iniquitas. Etenim, quid iniquius est, quàm aliquid alicui obrudere, quod non statuit, imò à quo abhorret? Et quis est, qui invidiosas consequentias imputari sibi facile patiatur? Quod itaque tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Itaque ergò ejusmodi imputatio & contra veritatem & contra charitatem impingit. II. Summa imputationis hujus inutilitas, imò damnum summum, ex eâ quod profluit. Certè enim adversarii sic non convincuntur sed exacerbantur & vi passionum suarum abducti dein in sententiâ suâ permanent atque pertinaciam sibi induunt, ex quâ lites infinitæ certaque scandala gignuntur. III. Rigor nimius, quo hæc ratione contra dissentientem insurgimus. Poscit enim lex charitatis, ut infirmitates proximi tam severâ censurâ haud damnemus. Vide Gal. VI. 1.

DECISIO.

Jam itaque, si sanioris judicii lucernam rebus curatiùs inspicendis admoveamus, facile patebit, quid ad decisionem hujus quæstionis dicendum sit. Ut verò acu rem tangamus, regulas quasdam in imputatione consequentiarum probè observandas dabimus, atque, quæ dicemus, quæ proponemus, ita inflectemus, ut, quicumque circa determinationem hujus quæstionis dissentire & diversas in vias abire videntur, in unum vel tandem amici coeant & mutuos in amplexus mutuaque in oscula ruant. Via hæc irenica est

& amoena, ingredienda semper, ubicunque per rerum situm id licuerit. Scilicet in theoriâ hic Theologi vix errant, etsi in praxi errant. Antequam verò ad rem ipsam adgrediamur, paucis præmonemus, I. nobis in hac quæstione nostrâ sermonem de consequentiis falsis, illegitimis, contortis & inevidentibus, itidem de consequentiis practicis, quæ à dissentientibus admittuntur, prorsus non esse, sed de consequentiis legitimis, necessariis, evidentibus, logicis. II. dicta illa, quæ pro imputatione consequentiarum logicarum ex erroribus legitimè deductarum allegantur, maximam partem haud satis stringere. Vel enim probant saltem, quòd liceat ex verbo divino consequentias facere, illisque eandem autoritatem cum expressâ sanctiore literâ tribuere, vel consequentiarum imputationem non urgent, sed potius errorum à scripturis divinis & veritate fidei dissensionem vel objurgationem saltem hominum à praxi Christianismi deviantium continent. Quin &, ubi Matth. VII. 16. 20. per καρπὸς consequentiæ intelliguntur, ubi & Tit. I. 13. per vocem ἀπορίμωσ ad imputationem consequentiarum alludi creditur, exegeses hæc nimis longè petitas esse existimamus. III. Nullam praxin vel veterum vel recentiorum hic urgendam esse. Non enim quæritur, quid homines vel olim fecerint vel nunc faciant, sed quid faciendum sit? Et par pari referendum esse, nemo Theologus dixerit. Jam ad rem. Regulæ hæc sunt.

Regula I.

Consequentiarum, maximè è Sacra Scriptura petitarum earumque legitimarum usus ex Ecclesiâ proscribendus planè non est. Id quod contra Romanenses, Socinianos & Anabaptistas Theologi notant. Quin, si consequentiarum usus proscriberetur, vita & conversatio humana planè langueret omneque hominum commercium tolleretur. Imò & latissima impietati porta sic pateret. Rectè MART. LUTHERUS in den Tisch-Reden C. XXVII. f. 258. b. *Das ist das regnum mundi, der Welt Reich und des Teuffels Canzley, da die Folge verneinet, und vvas vorhergeheth, zugelassen vvoid, vvelches eine Sunde ist, die nicht außs Irrthum sondern außs verstockter Bosheit kömmt.* Hæc LUTHERUS.

Regula II.

Consequentia legitima ex verbo DEI petitæ idem cum verbo divino ejusdemque prorsus cum eo autoritatis sunt adeoque Spiritui Sancto in Scriptura Sacra loquenti omnino attribui debent.

At secus se res habet cum scriptis humanis, ubi hæc ratione consequentiæ imputari non possunt. Ratio est, quoniam Spiritus Sanctus omnes consequentias in dicto latentes perspicit & falli nescit, secus homines, qui, si has vel illas consequentias è positione hæc vel illà manantes vidissent, eam non posuissent.

Regula III.

Consequentia necessario & legitime ex erroribus fluentes, etiamsi ab errantibus haud agnoscantur, ipsis tamen erroribus licite imputantur.

En, quid ajat Augustinus de doctrinâ Christianâ L. 2. C. 31. *Sunt etiam vera connexiones ratiocinationis, falsas habentes sententias, quæ consequuntur errorem illius, cum quo agitur.* Et post pauca: *Ipsa tamen veritas connexionum non instituta sed animadversa est ab hominibus & notata.* Addit idem C. 32. *Qui dicit, cum falsum est, quod consequitur, necesse est, ut falsum sit, quod præcedit, verissime dicit, neque ipse facit, ut ita sit, sed tantum ita esse demonstrat.* Et sane valet hic illud Lucani:

*In fabricâ si prava est regula prima,
Omnia mendosè fieri atque obstipa necesse est.*

Regula IV.

Consequentia ex erroribus dissentientium legitime fluentes ipsis, ubi eas haud agnoscunt sed abhorrent, imputantur.

putande haud sunt, tanquam dogmata, quae ab ipsis statuuntur. Hinc iis, qui ex consequentiis haereseos insimulantur, injuria fit, nec anathematismos ex consequentiis facere unquam licet. Scilicet, quod probè hic tenendum est, consequentiæ erroribus quidem ipsis rectè imputantur sed non errantibus, qui eas abhorrent. Patet ex his, quid tenendum sit de hisce JO. MEISNERI verbis in appendice ad examen catechismi Palatini sect. XII. de articulis fidei n. IX. p. 1108. exstantibus: *Destruitur autem fundamentum, non tantum, cum principale aliquod dogma indubium vocatur, negatur & impugnatur sed alia etiam minùs principalia, quae tamen cum principalibus arctissimè coherent & quibus negatis aut sublatis illud quoque à posteriori & PER CONSEQUENTIAM evertitur.* Ut, qui credit, Deum sibi peccata condonasse & vitam aeternam promississe, simul statuere debet, eum in factis suis sanctum, promissis autem veracem esse, & quae corde sentit, verbis eloqui. Quicumque verò docet, Deum quengquam ad peccata creare, ordinare, excitare, impellere ac per homines efficere, aliud verbis praese ferre & hominibus annuntiare quàm in corde sentit & facere decrevit, dicere, velle se omnes salvos facere, quod idem tamen nolit, is haëtènùs DEUM sanctum, veracem & veridicum negat & talem constituit, cui nemo tutò credere & salutem suam committere queat, ac PER CONSEQUENS statuere non potest, DEUM vitam aeternam sibi promississe. Item, qui credit, Christum Θεόν & ἄνθρωπον pro se mortuum esse, eum statuere oportet, unum Christum esse, qui Deus pariter ac homo sit. Si verò idem doceat, nullam naturarum ac proprietatum operationumque communionem locum habere, is haëtènùs unionem naturarum solvit & duas personas duosque Christos constituit atque eo ipso fundamentum fidei PER CONSEQUENTIAM, quantum in ipso est, tollit. Haëtènùs JO. MEISNERUS, qui verò non saltem in eo errat, quòd consequentias errantibus imputat, sed & quòd errantibus subinde falsa attribuit.

Regula V.

Consequentiae ex erroribus dissentientium legitime & evidentissimè (id quod bene notandum est,)

flus

fluentes, licet ab ipsis non agnoscantur, iisdem tamen imputari tantisper, sed summâ cum modestiâ, posthabitis omnibus affectibus omnique odio & litigandi pruritu possunt, ut dissentientes de errore suo convincantur & ad veritatem manu quasi sic ducantur. Haud male Augustinus de doctrinâ Christianâ L. 2. C. 31. Connexiones ad hoc inferuntur à bono & docto homine, ut in iis erubescens ille, cujus errorem consequuntur, eundem relinquat errorem, quia, si in eodem manere voluerit, necesse est, ut etiam illa, que damnat, tenere cogatur. Et C. 33. Ideo infertur verâ connexion, quod falsum est, ut eum, cujus errorem corrigere volumus, poeniteat concessisse præcedentia, quorum consequentia videt esse respuenda. Et L. 1. contra Cresconium C. 20. Verum est, neminem ad conclusionem falsam consequenter impelli nisi prius consenserit falsis, quibus eadem conclusio, velit; nolit, efficiatur, ac per hoc, qui cavet, ne se loquente consequantur falsa, qua non vult, volens falsa caveat, qua præcedunt. Hactenus Augustinus. Adde GISBERTI VOETII, Theologi quondam Ultrajectini dissertationem de argumentis Theologicis ab absurdo consequenti, sel. disp. Theol. P. IV. disp. 1. p. 1. sqq.

Regula VI.

Consequentia ex erroribus dissentientium legitime & necessario, imò & clarè fluentes dissentientibus, qui eas haud vident & abhorrent, nunquam imputantur, si aliis egregiis veritatibus eas ipsi evidentissimè subruant hisque veritatibus majus pretium, quam positionibus istis, ex quibus errores isti profluunt, ponant, si porro consequentiis hisce, errores licet maximos efferentibus, nullum prorsus influxum in praxin fidei & pietatis permittant. Regulam hanc lex charitatis & æquitatis & prudentiæ Christianæ præscribit. Jam verò hinc patet, num consequentiæ, quæ ex absoluto Reformatorum decreto profluunt, rectè Reformatis imputentur.

Regula VII.

Lex charitatis Christiana, ceteris paribus, poscit, ut potius dicamus, dissentientes errorem, quem statuunt, tantum quoad verba, non sanè quoad sensum errare, quoniam tam perniciose consequentia, quas & ea propter haud admittant, exinde profluant, quam ut consequentias istas dissentientibus imputemus.

Regula VIII.

Satius est & prudentius, dicere, quòd dissentientium principia haud bene cohereant, quam invidiosas consequentias, quas abhorrent, ipsis imputare. Facile enim fieri potest, ut quis vel ex imbecillitate intellectus, quã profectò multiautores, ii maximè, quos fanaticos nuncupant, laborant, consequentiam quandam haud videat, vel ex præjudicio, quod cum lacte matris imbibit, vel ex affectu errorem sibi eripi haud patiat. Quin & subinde hic punctum honoris, quod vocant, rebus accedit, ubi in defendendo errore pertinaciam induimus, ne errasse videamur. En quid ajat JO. CONR. DANNHAWERUS, Theologus perspicacissimus: Datur in erroribus fides contradictoria. Es ist mehrmal geschehen, dass einer an einem Ort das Castell verfochten und geschützet, am andern Ort dasselb offen und schirmlos gelassen. Vide Reformirtes Salve und Frieden-Grufs p. 237.

Regula IX.

Consequentia perniciose, licet legitima, iis non imputantur, qui ante motam controversiam securius locuti sunt.

Regula X.

Consequentia ex erroribus manantes laicis, qui rem haud capiunt, nunquam imputari possunt. Magis autem imputari possunt Doctoribus, quibus notitia rerum

&

& perspicacia haud deest & qui ex affectu quodam malo in erroribus mordicus defendendis & propagandis sunt pertinaces.

Regula XI.

Quo perniciosiores sunt consequentia, quae ex erroribus profluunt, eo perniciosiores sunt errores ipsi, nisi, quod probè notandum, consequentia hæc, affusis veritatibus præstantissimis, suffocentur & virus ipsarum tollatur. Notamus hæc ὡς ἐν παροδῳ, nemini licere, controversiæ cujusdam momentum minuere vel ex fundamentali problematicam facere, id quod solidissimè notavit summe Rev. D. D. HOFFMANNUS in Synopsi Theol. p. 145. 146. qui ait, in transactionibus quidem civilibus posse quædam remitti, at in veritatibus divinis non item. Adde omninò SAM. PUFENDORFII Jus feciale divinum §. 7. p. 26. sqq. ubi inter alia rectè Vir summus ait: *Ut aliqua questio problematica & indifferens declaretur, non ab arbitrio hominum pendet.*

Regula XII.

Consequentia perniciose erroribus, ex quibus profluunt, magnum momentum haud adfundunt, si in praxi fidei & pietatis eas influere haud patiamur eaque adeo merè theoretica & cerebrina sint.

CORONIS.

Et sic quidem, causâ satis peroratâ, umbilicum libello huic imponimus, existimamusque, fore, ut, si, hisce cautelis adhibitis, consequentiæ imputentur, erroribusque magis quam errantibus impingantur, si & hæc rebus, quam commendamus, moderatione adhibitâ, in disputationibus, quæ cum Reformatis nobis intercedunt, procedatur, jurgia magis magisque minuantur, &, quod bonus quisque animitus exoptat, *fissura Sionis*, salvo utrinque fidei fundamento, sensim sensimque coeat.

PRÆSES
RESPONDENTI SUO;
JO. SEBASTIANO PFISTERO
S. P. D.

Vides, *Clarissime Domine Magister*, quàm promptam manum dissertationi, quam abs me hisce diebus postulasti, componendæ adfuderim. Vix enim à me illam jussu præstantissimi Ecclesiæ Stutgardianæ Ministri, JO. OECHSLINI, cujus eruditionem & judicium pietatemque, quod nosti, magni facio, postulaveras, cum ecce illa, paucissimis horis elaborata, in manus tuas labitur. Rectè autem facis, quod argumento tam nobili & tam raro tractando excutiendoque operam tuam consecras. Quid enim opus est, quid opus, inquam, est, rebus prolevariis evulserandis calamus adspargere, ubi tot præstantia atque egregia scribere possumus? Quid opus, inquam, est, magno conatu nihil agere & mures eniti? Ea danda sunt, ut arbitror, quæ erudita sunt, quæ solida sunt, quæ novis observationibus iisque in vulgum haud cognitis superbiunt, quæ novas veritates in apricum inque lucem producunt, quæ ædificant, quæ à præjudiciis, quæ ab erroribus, quæ à jejunis & macilentis rerum præstantissimarum, quas scire convenit, ideis homines liberant. Et verò plurimum omnino gaudeo, quòd ex iis Auditoribus meis hætenus exstiteris, qui medicam intellectui suo manum adhiberi patiuntur veritatibusque, licet communiter haud ita cognitæ, in amplexus, in oscula ruere gloriæ sibi ducunt. Perge ita sic bono isto in tramite, labor enim hic tibi olim proderit, perge, inquam, mi PFISTERE, & divinâ armatus luce talem te porro siste, qui, in exilium missis quibuscunque præjudiciis pravis, ad ministerium sanctius adeundum dignis modis te præpares amplissimosque fidei sanioris & pietatis præstantioris thesauros sine intermissione tibi colligas. Sic enim DEO gratus, sic Ecclesiæ utilis olim bonusque Minister eris magnæque animum tuumpectusque felicitate & lætitiâ beabis. VALE. Dedi è Musæo d. VI. Aug. MDCCXX.

la VII.
 ...ceteris paribus...
 ...non sane quod sequitur...
 ...consequente, quod...
 ...de profuans, quam...
 ...inducimus.

la VIII.
 ...entias, dicere, quod...
 ...cohaerent, quam...
 ...nt, ipsi impare, F...
 ...illate intellectus, qu...
 ...eris nuncupant, ab...
 ...vel ex prajudic...
 ...affectu errorem libi...
 ...punitum honoris, q...
 ...bendo errore perm...
 ...En quid ajat JO. O...
 ...peripicacillimus: D...
 ...Es isti mebrmal gef...
 ...fichten und gef...
 ...hls gelassen. Viel...
 ...37.

IX.
 ...licet legitima, is...
 ...controverfiam fecer...

X.
 ...nus manantes laici...
 ...opuari possunt. A...
 ...s, quibus notitia...

